



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XVIII. De directione intentionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Quod iusta compensatio in quibusdam casibus licita sit, nemo, opinor, inficiabitur; is enim, qui eam adhihet, non furatur, sed accipit, quod suum est; ita Navar. lib. 3. *confil. de locat. & conduct. conf. 1. num. 5.* Corduba in *sum. quest. 111. & l. 99. 35.* Petrus Navar. lib. 3. *de restit. cap. 1. num. 409.* S. Antonin. 2. p. tit. 1. cap. 15. Rupert. lib. 7. in *Gen. c. 39.* Tertul. lib. 4. *contra Marcion. cap. 24.* Insinuat sunt Hebraei, inquit, non ad fraudem, sed ad mercedis compensationem, quam aliter à dominatoribus exigere non poterant. Idem docet Abulen. S. August. lib. 22. *contra Faustum, cap. 71.* Tolerus lib. 5. c. 15. Laym. lib. 3. *tract. 3. p. 1. cap. 1. num. 7.* D. Thom. 2. 2. *quest. 65. art. 3. ad 3.* Abbas in *cap. sicut, num. 14. & 15. de iurejur.* Adrian. in 4. *de restit. quest. 1. ad 4.* Lopez part. 2. cap. 8. Medina c. *de restit. quest. 3. causa 12.* Sylvest. v. *furt. quest. 13.* Molin. *disp. 691. Less. lib. 2. cap. 12. dub. 10.* Lugo *disp. 16. f. 4.* Bunsenbaum lib. 3. *tract. 5. dub. 1. num. 3.* Dicastil. lib. 2. *tract. 2. disputat. 9. dub. 6.* Tamburin. lib. 8. *tract. 1. cap. 5.* Felinus de *simonia*, Bonacina *disp. 3. quest. 2. punct. 3.* Iason, Alexander, Paulus à Castro, Covarruvias à Causino citati, Tartaretus in 4. d. 15. *quest. 2.* Almainus *ibidem*, Henricus de Gandavo *quodlib. ultimo*, Baillins pag. 467. Navar. in *man. cap. 17. n. 112.* Comitiolus *resp. moral. lib. 3. quest. 39.* Diana part. 3. *tract. 5. misc. resol. 10.* Item 5. part. *tract. 13. resol. 79.* Item 7. part. *tract. 10. resol. 18.* qui citat Navar. Homobon. Fernand. Marchantium & alios, Trullenc. tom. 2. lib. 7. cap. 4. num. 5. Machado tom. 1. lib. 2. part. 3. *tract. 23. doc. 5. num. 9.* Marc. Serra 2. 2. *quest. 62. art. 8.* Joan. de la Cruz in *direct. p. 1. prac. 7. art. 8. dub. 1. concl. 3.* Lublin. v. *pecunia.* Lugo d. 16. f. 5. & 6. ubi citat Bann. Angel. Artagon. Bonacin. Bald. D. Antonin. 2. part. tit. 2. cap. 7. §. 3. alique communiter: negari ergo non potest, & nemo negat, iustam compensationem licitam esse, in quibusdam casibus; quam tamen Casuista nec promiscue omnibus, neque in quibuscumque casibus permittunt; sed desiderant certas circumstantias, quæ si adfuerint, illam communiter omnes improbant; ego cum his, quatuor adnoto & desidero: 1. volo, eum, qui compensatione utitur, certissimum esse, rem illam, quam usurpare vult, suam esse, ac sibi debitam. 2. omni spe careat, oportet, rem illam alia via, vel alio modo obtinendi. 3. compensationem in commodatis, vel mutuis, minus tolerandam esse, quia hæc fidelitatem maxime postulant; servi autem & procuratores non minus fidei, aut fidelitatis habere debent, quam depositarii, vel mutuarii; quam in rem videri potest Less. lib. 2. cap. 27. dub. 4. num. 16. 4. hæc opinio adhiberi potest ad iudicandum, utrum is, qui compensationem fecit, absolvendus sit in Sacramento Penitentiae, absque restitutione, non tamen ad persuadendam illam, antequam facta sit. 5. suppono scandalum abesse. His circumstantiis rite servatis, nihil est in compensatione ita odiosum, nihil, quod iustis Heris scandalo esse possit, nihil quod doctrinæ Patrum non consentiat, præsertim si S. Ambrosium & S. Augustinum audias: primus enim lib. de *Tobia*, cap. 15. ait, usuram ex mutuo dato exigisse ad compensationem damni à mutuario illati: ab illo, inquit, *usuram exige, cui meritis nocere desideras; cui iure inferuntur arma, huic legitime indicantur usura, &c.* Igitur alia etiam ratione compensatio fieri poterit; nec di-

cas, Ambrosium male intelligi, quia in hoc sensu, & probandam compensationem, multi Theologi & Canonistæ relati à Barbosa in *can. 12. ab illo, quest. 14. num. 8.* prædicta Ambrosii verba accipimus. Augustinus etiam *epist. 54. ad Macedon.* iudicat, didicim & artificem suam mercede frustratos, compensatione uti posse, etiam in iuris debitoribus. Non inquit, quidquid ab invito sumitur, iniuriose auferuntur; plerique nec Medico volunt reddere honorem suum, ut vario mercedem, nec tamen hæc, qui ab invito accipiant, per injuriam accipiunt, quæ potius per injuriam non dantur, sed, inquit, verbum sumitur, non significatur, quod furripitur: esto, modò invito altero, res illa matutur, accipiat, retineatur, ad compensationem citè reducit; nec enim rem alienam invito domum sumere, accipere, retinere licet; cum igitur res illa accipi possit, etiam invito domino, à Medico scilicet & opifice sua mercede frustratis, quis non videt, fieri compensationem? & cum acceptio iniusta non sit, quis neget iustam esse compensationem? unicuique rationem sui neget, qui quis iustus habet ad aliquid, sed ipsum aliquo modo obtinere potest; nemo enim illud jus habet, quod obtentu impossibile est, sed pifex jus habet ad mercedem sui laboris, & alio modo obtinere nequit, quam per compensationem, igitur compensatione uti potest; nollent tamen Cæcitas ex eo corrumpere, quod famulus plus æquocedant, sed potius, quod forte optimatibus plus, quo indulgeant; sed hæc chorda pullanda non est, quæ ingratum sonum redderet.

CAPUT XVIII.

De directione intentionis.

ITEM conciliant Evangelium cum depravatis locis legibus, in sumenda vindicta, quam bellè puliant, directione quadam intentionis, consulenti honori ac vitæ, non verò nocendi iis, nisi per accidens, à quibus aliquod damnum passi sunt.

REFELLITVR.

VT hæc resellantur, unus Augustini locus et *epist. ad Macedonium* excerptus sufficeret, ubi hanc directionem intentionis probat, ut in quibusdam casibus, homicidium excuset: Cum bona ab homine occiditur, inquit, multum distat, utrum sit nocendi cupiditate, an ulciscendi, vel obediendi ratione; sicut à iudice, sicut à carnifice, an eruditione, vel subveniendi necessitate; sicut interimitur lævi & rariore, hostis à milite. Monet nos Augustinus, ut illius intentionem spectemus, qui alterum occidit, ut iudicemus, an homicidium illud peccatum sit; iudex, v. g. Reum morte condemnat, sententiam exequitur carnifex; si uterque ex motivo ultionis occidit, peccat; si ex iustitia, & boni publici zelo, nec tusest; si interfecti hominis uxor, petita à iudice odio, ut homicida plectatur, haud dubie peccat; à vindicta iudici relicta, jus suum dumtaxat protegitur, nullo modo peccat; unde quæso discrimen illud, nisi ex directione intentionis: mirum quantum ad rectè iudicandum de aliqua re gesta conferat, scire, quo animo, quo fine, qua intentione facta sit, sed hæc perspicua sunt & trita; bona intentio actionem ex se indifferentem honestat, mala verò inficit bonum.

bona opus intentio facit, intentionem finis dirigit. Augustinus in Psalm. nempe actus moralis est intentio speciei secundum id, quod intenditur, ut dicitur D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 7. in corp. sic vim habet de omnia jura legesque permittunt, non ad repellendam, sed injuriam propulsandam, ut dicitur in illa cap. significasti. Sed cur hic hæreo, ubi nullus Theologus, ubi nullus Catholicus refragatur.

CAPUT XIX.

De desiderio mortis Proximi.

Docet etiam non licere quidem ex motivo odio mortem alterius expetere, licere tamen, ad damnum aliquod vitandum: item orare Deum, ut eos medio tollat, qui tibi perniciem moriuntur: item Beneficiario optare mortem Pensionarii.

REFELLITUR.

Theologia actus voluntatis in duo genera vulgò distinguitur, efficacium scilicet, & inefficacium: effectus, quo quis vult quidpiam, & ad illud obsequium apta media, quantum in se est, vult adhibere; hic aliquis desiderat mortem proximi, quam si posset, continuo procuraret; inefficax verò est, quo quis aliquid vult, potius quam velit, ita ut nullo modo illud faciat, aut procurare, aut media idonea adhibere velit: ad malitiam, vel bonitatem, actui efficaciam conciliandam, objecti ratio habenda est, quod reverà in malum est, malitiam in actum refundit; si bonum, bonitatem, modo nullus sit motivus, aut circumstantiarum defectus, bonum enim ex integritate actus Theologi docent, non refundi malitiam in actum inefficacem ab objecto malo, si motivum bonum sit: Exempli gratia, aliquis domo egrediens inimicum recens in platea interfectum offendit, aliquo gaudio afficitur, ut rectè judices, ac quantum is peccet, scire debes, quo motivo ad gaudentium ducatur, si enim gaudet ex odio, vel quia ipse se decreverat illum interficere, gratia peccat; si vero gaudet, quia is insignis blasphemus erat, ac proinde ejus morte, grave scandalum solvitur, virtuti ac zelo gaudium illud tribuitur, vel quia sceleribus suis quietem publicam turbat, vel quia ad eo injuriæ vexabatur, aut vexari timebat, vel quia pensionem solvebat; actus est amoris proprii, qui nisi valde immoderatus sit, ad peccatum, licet mortale, non pervenit.

Item, quoties hæc optantur in sacris literis? quoties David ad ejusmodi lætitiæ invitatur? non quia ex odio, vel invidia, sed ex motivo zeli, gloria, quietis Sanctorum: *Lætabitur iustus*, inquit, *quia vidit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatorum*; *Moses in Cantico 15. Exod. lætiam de Aegypto clade appetit & palam testatur* Orat Ecclesia Deum, ut inimicos suos humiliate dignetur; ergo matrem à peccato merito excuset, quæ filiarum expetit, quas honesto matrimonio ducere non potest: en tibi verba S. Gregorii lib. 10. cap. 11. *Evenire plerumque solet, ut non amissa* *domus, & inimici nostri nuda lætificet, & rursus ejus gloria*

sine invidia culpa contristet: nec est, quod aliquis dicat, loca ex Psalmis adducta continere prophetias; esto, quid inde? an propterea deest affectus Prophetæ, tum gaudii, tum desiderii de morte impii: fac quæso, aliquem insignem sicarium & grassatorem, iusta Judicis sententia, extremo supplicio affectum fuisse; qua lege prohibeor, gaudere de illa sententia, & de illius executione, scilicet de actu virtutis, volo enim honestum motivum adesse: idem dico, si morte naturali extinctus sit; si verò per actionem malam è medio tollatur, non possum gaudere de actione ipsa, quæ mala est, secus tamen de illius effectu, propter bonum finem; sic possum desiderare meam mortem, desiderio illo inefficaci, propter motivum honestum; sic Paulus cupiebat dissolvi, igitur & alterius; ut enim observant Theologi, multa possumus desiderare, quæ procurare non possumus.

Hæc opinio à D. Thoma expressè docetur 2. 2. quæst. 76. art. 1. Cajet. in sum. eamque sequitur, v. male dictio. Joan. de la Cruz 1. part. tract. de homicid. dub. 3. Conradus 1. part. resp. cas. quæst. 392. Zanardus 2. 2. director. c. 6. Bonacina tom. 2. disp. 3. quæst. 4. punct. ult. num. 7. Francisc. Galletti in Margarita cas. v. desiderare. Joan. Sancius disp. 2. num. 9. Pasqual. gus decis. 474. Vericelli qq. moral. tract. 5. quæst. 6. num. 64. Marc. Serra 2. 2. q. quæst. 76. art. 1. Diana part. 5. tract. 14. resol. 32. Sotus lib. 5. de just. quæst. 12. Gaspar Hurtado tom. de fid. tract. de char. disput. 4. diff. 1. Castro-Pal. tom. 1. tract. 6. disputat. 4. punct. 1. num. 11. Busenbaum lib. 2. tract. 3. cap. 2. dub. 2. ubi citat Azor, Granad. Sanch. Trullench. lib. 1. disput. 2. num. 11. Lessius lib. 2. cap. 47. dub. 4. Item cap. 9. dub. 6. num. 20. & lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 106. Navar. in man. cap. 16. num. 7. Tolet. lib. 5. cap. 13. Angel. verb. pollutio. D. Antonin. part. 2. tit. 6. cap. 5. Adrian. in 4. tract. de Euchar. q. de consensu in opus pravam. Paludan. in 4. d. 9. quæst. 3. art. 1. Vasq. 1. 2. disp. 1. 5. cap. 2. Tambur. lib. 5. cap. 1. §. 3. ubi citat Sanch. Turrian. porro prædicti autores de actu inefficaci, & simplici tantum affectu loquuntur; deinde hic simplex affectus in actionem malam ferri non debet, scilicet in peccatum; neque in id, quod cum peccato necessario connectitur; denique turpis finis, seu motivum inhonestum absit, necesse est, ad sitque debita moderatio; his definita legibus, prædicta opinio damnanda esse non videretur.

CAPUT XX.

De Homicidio.

HOMICIDIS favent; docent enim, ut honori, vel bonis consulari, posse duellum acceptari aliquando, imò & offerri: item falsum accusatorem, falsos testes, & corruptum Judicem clam interfici; eum, qui alapam infligit, posse reperi gladio; eumque interfici, qui alapam intentat, qui mendacium impingit, qui verbis aut nutu contumeliam infert, si aliter reprimi non potest; summam verò pecuniæ, quæ homicidam excuset, Casuista numero aureo definiunt: quamquam aliqui prædictas opiniones ad proximum reducendas non esse docuerunt, quia scilicet Magistratus iis refragantur.

Mm

REFELLI-